



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Quaestio 103. An Inquisitor possit iniungere p[o]enas pecuniarias.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

ut pater in c. Nouimus de verbo sign. 3. Si autem talis relapsus vel impenitens absens est, quia fugitiuus, nel uō potest haberi quamvis congruo tempore expectatus, & seruatis seruandis; tunc Episcopus, Inquisitor præsente. Potestate curie sacerdotalis, non realiter, quia, non est ibi, sed sententialiter relinquunt cum brachio sacerdotali, hoc est declarando cum haereticum impenitentem, seu relapsum, & expellendo eum sententialiter de foro ecclesiastico, & relinquendo etiam sententialiter brachio sacerdotali.

4. Et quandocunque curia sacerdotalis cum habere poterit, in eum ut de foro suo existentem, exercet pro qualitate facinoris, yltionem, ut dicitur in B. c. Ad abolendam. S. præsenti, extra de haer.

Hoc expressius habetur supra hac parte tercia, ubi agitur quando processus fidei fine debito terminantur, & patebit inf quæst. proxima.

C O M M E N T . C L .

Materia huius questionis præxim respicit, quam copiose docuit Eyme. sup. in bac. 3. parte. in 9. 10. & 11. modo processum fidei terminandi. ubi declarauimus eas difficultates, quas breuiter hoc loco indicat auctor.

Iam de relapsis abundè egimus supra p. 2. q. 58.

Q V A E S T I O C I I .

De intercessione facienda pro eo, qui relinquitur curia sacerdotali.

Contra Entesimæ secunda quæstio est: Quæ & qualis, & quibus uerbis sit facienda deprecatio seu intercessio per Inquisitorem curia sacerdotali, cum ei Episcopus, & ipse relinquunt seu tradunt impenitentem haereticum seu relapsum?

Relat. supra pag. 124.

Respondemus, quod hoc patet in c. Nouimus. extra de verb. sign. ubi dicitur sic; Nouimus expidere, ut uerbum illud quod in antiquis canonid. & in nostro decreto contra falsarios edito continetur: uidelicet, ut clericus per ecclesiasticum iudicem degradatus, sacerdotali tradatur curia puniendus; apertius exponamus. Cum enim quidam antecessorum nostrorum super hoc confulti diuersa responderint, & quorundam sit opinio à plurib. approbata, ut clericus, qui propter hoc, uel aliud flagitium graue non solum damnable, sed damnosum, fuerit degradatus, tanquam exitus priuilegio clericali, sacerdotali foro per consequētiā applicetur, cu ab ecclesiastico foro fuerit projectus: eius est degradatio celebranda sacerdoti potestate præsente, ab pronuntiandum eidem cum fuerit celebrata, ut in suum forum recipiat degradatum. Et sic intelligitur tradi curia sacerdotali: pro quo tamē debet Ecclesia efficaciter interdicere, ut crita mortis periculum, circa cum sententiam moderetur.

De his expressius habetur supra, parte ista tercia, ubi agitur quomodo processus fidei fine debito terminantur, & impenitens, & relapsus quomodo, & qualiter tradentur curia sacerdotali.

C O M M E N T . C L I .

CVM Inquisitores tradunt, uel relinquunt alii, quem curia sacerdotali, pro eo intercedunt apud secularem magistratum, ut se cum illo misteri corditer gerat, & hac consuetudine reuimur: cur id & qualiter fiat, copiosè diximus supra, p. 2. super c. nouimus. de ver. sign. quo Eymericus visitur in hac quæst. præxim autem docuit supra in hac 3. p. in 9. 10. & 11. & 12. modo processu fidei terminandi.

D E P A E N T E N T I S pecuniarijs imponendis.

Q V A E S T I O C I I I .

An Inquisitor possit iniungere pecunias pecuniarias.

G S Entesimæ tercia quæstio est: Vtrum Inquisitor possit imponere penitentias pecuniarias salutares sine incurso pena contenta in c. Nolentes. de haer. in Clem.

Respondemus quod sic, pro executione offici applicandas, seu in piis vissus alios conuertendas: vnde sicut potest imponere peregrinationes, orationes, abstinentias, sic & eleemosynas seu penitentias pecuniarias pro officio execuendo, uel alias ad piis vissus conferendas.

Nec hoc est contra c. Nolentes. alleg. ubi futur excommunicationis sententia contra Inquisitorem, praetextu officij modis illicitis pecuniarias extorquendo, unde lo. And. in d. c. Nolentes. & super uer. illicitis, dicit si: *Illicitis: Penas pecuniarias applicandas officio, non prohibetur imponi & exigiri, sed illicitas exactiones fieri, ff. de offi. p. fid. illicitas. in prin. & de simo. in tantum. et cap. Audiuimus. & c. seq.*

Item Paulus super cod. uerbo dicit sic: *Illicitis: ergo licitas concedit. de hoc ff. offi. p. fid. l. illicitas. de simo. c. In tantum. & c. Audiuimus.* Item Zenzelinus super eodem dicit sic: *Illicitis: ergo modos licitos non excludit, de quibus supra de offi. ord. c. Dilectus. de peccatis. c. Licet.*

Dominus Guido Fulcodius prædictus, post Papa Clemens iiiij. in 3. q. de illis 15. quas facit ad Inquisidores, qua quætit, unde possit eis prouideri, in fi. dicit sic: *Consulerem tamen, quod ab his, quibus iniungitur penitentia danda pecunia in aliquos vissus piros, recipiatur ad istud: honestatem prelatorum.*

C O M M E N T . C L I .

In hac quæstione Eymericus nouam exordiū tractationē de penitentijs pecuniarijs imponendis. Est aut̄ extra cōrrouersiam quod ipse docet bas. quæstione nam quod Inquisitor possit imponere penitentias pecuniarias non modo admittunt reveres hoc loco auctore citati, verum, & ceteri yno ore, fuit. Zanchinus tract. de haer. t. 16. nu. 9. idem copiosus, c. 19. & 20. Repertoriū Inquisitorum verbo, sc̄tētia. G. itē circa formam, & verbo, extorquere,

§. 1.

§. 1. Gondissalvius tract. de hæret. q. 8. num. 6. Carre-
rius de hæret. num. 79. vers. item prohibentur pæ-
nas pecuniarias. & alij ab his citati, ex quibus om-
nibus in hac causa sequentia colligenda videntur.

Primum, non modo inquisitores possunt impone
re penas pecuniarias applicandas vñibus pijs, vt ad
edificandas Ecclesiastis, ad aleandos pauperes, ad do-
randas inopes virginis, quarum pudicitia pericilita
tur, & similia: verum etiam applicandas officio san-
ctæ inquisitionis: nam nulla ferme causa magis pia
est in republica, quam causa inquisitionis, cuius sin-
gulari beneficio hæreses extirpantur; & illa est
summa ratio, qua pro religione facit. l. sunt perso-
nae, & de religio. & sumpe. funerum.

Tamen si vero Carrerius tract. de hæret. nn. 79.
scriperit, non alias esse pænas pecuniarias sacro in
questionis officio applicandas, quam si necessitas id
fieri exigat: non tamen est putandum extremam ne-
cessitatem esse expectandam, sed quecumq; præsens,
vel et futura sufficit: nam oportunitum est, & fidei
catholico valde expedit, in questionis officium pecu-
nijs abudare, ut quotiens oportuerit absque incom-
modo Cruce signatorum seu familiarum, hæretico-
rum fiat inquisitio, captura, deludio, & punitio.

Penæ vero seu multæ pecuniaria tunc imponen-
dae est; quando delati ad gremium Ecclesiæ reue-
runtur: non autem cum sunt pertinaces vel relapsi,
quia tunc eorum bona confiscata sunt. Zanchinus
tract. de hæret. c. 19. nn. 1. & 2. Carrerius de hæ-
ret. num. 79. His addit, quod pena pecuniaria ad emen-
dationem & correctionem imponitur, que non spe-
ratur in pertinacibus & relapsis, cum absque mi-
sericordia tradantur curia seculari.

Sed non erit præter rem summatim ostendere
quando & quibus hac pecuniaria multæ imponi
possit. Primum ergo suspectis de hæresi imponi pos-
sunt ea multæ pecuniaria arbitrio inquisitorum:
Zanchinus tract. de hæret. c. 19. nn. 2. & Simancas
de catho. infit. tit. 46. nn. 76. in quo quis modus de
beat obseruari paulo post indicabo.

Rursus, inquisitores pro arbitrio suo penam pecuniariam indicunt illis, qui proferunt verba hære-
tica aut ludendo, aut ex ita, aut ex fatua simplici-
tate, & ignorantia: que tamen omnino excusatio-
nem non habet, ita Gondissalvius tract. de hæret. q.
8. nn. 6. dixi supra in hac 3. par. tit. de forma exami-
nationis testium, nn. 72. §. sed qua pæna.

Item imponuntur ea pæna pecuniaria reis diui-
tibus & cupidis seu avariis redeuntibus: nam hi ve-
hementer dolere solent in pecunia soluenda: & cu-
pæna ea sit infligenda, que magis timetur, ideo fa-
lubriter poterit talibus hac multæ indicari. Zanchi-
nus de hæret. c. 19. nn. 3.

De clericis redeuntibus quæsitum est, an pene
pecuniaria illis possint indicari: & quamvis quibus-
dam videatur id fieri non posse, ne bona ecclesiastu-
m quibus seruunt ob eorum delicta diminuantur.
clem. 2. de hæret. verius. tamen est imponi posse;
quod est extra controversiam, si proprium habeant
patrimonium. Zanchinus tract. de hæret. c. 19. nn.
5. Bernardinus Diaz in pract. crim. cano. c. 134. im-
mo amplius videtur quod possint in pecunia puni-
ri, quamvis non habeant patrimonium; si tamen

A fructus beneficiorum in suos vñsus convuantur, vt
differui infra super quæstio. 112.

Addit Repertorium Inquisitorum in hac causa
de imponendis penis pecuniarijs, herbo, sententia.

§. itē cicra, s;ope solere cōtingere, vt cui imponitur
pena pecuniaria, cam soluere nō possit: ideoque cau-
te facturum Inquisitorem, si hoc casu bimembrem

formet sententiam hoc modo: Condemno te in tan-
ta pecunia, & nisi solueris intacta tantum tempus, vt
differui infra super quæstio. 112.

Opinio Re-
pertorij In-
quisitorum
reiecta.

B talem pænam corporalem tubeas. Quod multi
rationibus ne probo. Primum, quia antequam quis
condemnetur in pecunia, videtur est, an eam solue-
re possit. Rursus, quoniam talis sententia conce-
ptio non carerer avaritia & suspicione, ista ergo licet
in alijs tribunalibus fiant, in hoc integrissimo sacræ
Inquisitionis officio nullo pacto sunt admittenda:
quod in primis obseruandum est cum clericis, qui
vbi pecuniariam pænam soluere non possunt, in cor-
pore coercendi non sunt, vt optime docet Bernardi
nus Diaz in pract. crim. cano. c. 134. in fine cum
ergo ob inopia, quis soluere tales penas nō potest,
alijs salutaribus pænitentijs omnino plectatur.

Hanc autem facultatem imponenda mulctæ pe-
cuniariae habent Inquisitores per rescriptum Ale-
xand. IIII. quod incipit: Super extirpatione, quod imponendæ
curauimus imprimendum inter literas Apostoli-

C poenæ pecu-
niatiæ.
cas, quo cauetur vt huiusmodi pecunia asseretur,
& quoties opus fuerit, erogetur ad prosequendum
officium in questionis contra hæreticos.

Hoc postremo admonebo, ne inquisitores in
huiusmodi penis pecuniarijs imponendis modū ex-
cedant, sed peccati qualitatem, & personarum con-

D Caute impo-
nendæ sunt
pænæ pecu-
niatiæ.
primis ante oculos habendum est, ne quis sive iudi-
ces avaritia possit insimulare: est in omnibus iudici-
bus vehementer reprehendenda avaritia, & euitada
etiam ab omnibus avaritia & cupiditatis suspicio;

sed in inquisitoribus hoc magis est euitadū, quos in
tegerrimos esse oportet, & omni mali suspicione eq-

uitates. quam ob reprobationis sunt huiusmodi peni-
tentia pecuniariæ iniungendæ: quod ex Guidone Ful-
codio indicat Eymericus in fine huius quest. quod
explicui copiosius supra in hac 3. p. tit. de forma ab
soluendi predicatorum. nn. 18. at quamvis hoc possint.

a ¶ Et dominus Guido Fulcodius.] Huius Guido
nis verba ex peruerso illo codice Bibliothecæ Va-
ticana ita habent: Verum quia Praetorium tenet
ces sunt manus, & manus constituta, consulter-

et, quod ab illis, quibus iniungitur penitentia
dandæ pecunie in aliquos usus pios, acciperetur
ad istud, honeste tamen & sine scandalo laico-
rum hoc ille.

E Xenia

Q V A E S T I O C I I I I .

An Inquisitor exigere possit ab inqui-
sitis expensas.

S V M M A R I V M .

1. Inquisitor, cui desunt stipendia sufficientia, pe-
tere potest expensas.
2. Episcopi autem cum sint ordinarijs, non debent
exigere.